Bernardus Claravallensis: Sermones super Cantica canticorum. Add: Gilbertus de Hoilandia: Sermones super Cantica canticorum

Strassburg: Martin Flach (printer of Strassburg), 1497 Seite 145



⁊ nõ poteſt ipi vllaten⁹ ſermocinatio eſſe
cũ verbo. Ergo huiuſcemodi linguã ſuã
cũ verbũ mouet: volẽs ad animã loq̃: nõ
poteſt anima nõ ſentire. Uiuus eſt enim
ſermo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilior oĩ gla/
dio ancipiti. ptingens vſq₃ ad diuiſionez
anime ⁊ ſpũs. Et rurſum. cũ ſuũ aĩa mo/
uet verbũ: latere multo minus poterit. nõ
ſolũ q₂ vbiq₃ eſt p̃ſens. ſ₃ ppter hoc magĩ
ꝙ niſi ipo ſtimulãte: deuotõis lingua mi
nime ad loquendũ moueť. Uerbo igiť di
cere aĩe. pulcra es. ⁊ appellare amicã: iſin
dere eſt vñ ⁊ amet ⁊ ſe p̃ſumat amari. Jpi
ꝟo verbũ viciſſim nomĩare dilectũ ⁊ fate
ri pulcrũ ꝙ amat ⁊ ꝙ amať. ſine fictione ⁊
fraude aſcribere illi. ⁊ mirari dignationez
⁊ ſtupere ad gr̃am. Si quidẽ pulcritudo
illi⁹: dilectio ei⁹. ⁊ iõ maior quia p̃ueniẽs.
Medullis pinde cordis ⁊ intimaꝝ voci/
bus affectionũ: tãto ampli⁹ atq₃ ardenti/
us clamitat ſibi diligendũ: quãto id p̃us
ſenſit diligẽs q₃ dilectũ. Jtaq₃ locutio ꝟ/
bi: infuſio doni. reſpõſio anime cũ gratia
rũ actiõe admiratio. Et idcirco pl⁹ dili/
git ꝙ ſe ſentit in diligẽdo victã. ⁊ ideo pl⁹
mirať ꝙ p̃uentã agnoſcit. Uñ nõ ꝯtenta
eſt ſemel dicere pulcrũ. niſi repetat ⁊ deco
rum: eminentiã decoris illa repetitiõe de
ſignãs. Aut certe in vtraq₃ xp̃i ſubſtantia
dignũ expſſit om̃i admiratiõe decorem. ĩ
altera nature. in altera gr̃e. Quã pulcer es
angelis tuis dñe Jeſu in forma dei. ĩ die
eternitatis tue. in ſplendoribꝫ ſanctoꝝ añ
luciferꝝ genitus. ſplẽdor ⁊ figura ſubſtan/
tie patris. et quidẽ ppetu⁹ minimeq₃ fu/
catus candor vite eterne. q₃ mihi decorus
es dñe mi in ipa tui hui⁹ poſitõe decoris.
Eteñi vbi te exinaniſti. vbi naturalibꝫ ra/
dijs lumẽ indeficiens exuiſti: ibi pietas
magis emicuit. ibi charitas plus effulſit.
ibi ampli⁹ gr̃a radiauit. q₃ clara mihi ori/
ris ſtella ex iacob. q₃ lucid⁹ flos de radice
ieſſe egrederĩ. q₃ iocundũ lumẽ in tenebriſ
viſitaſti me oriẽs ex alto. q₃ ſpectabilꝭ ⁊ ſtu
pendus etiã virtutibꝫ ſupnis in cõceptu
de ſpũ. in ortu de ꝟgine. in vite innocẽtia
in doctrine fluẽtis. in choruſcationibꝫ mi
raculoꝝ. in reuelatiõibꝫ ſacramentorũ. q₃
deniq₃ rutilans poſt occaſum ſol iuſticie
de corde terre reſurgis. q₃ formoſus ĩ ſto
la tua. demũ rex gl'ie ĩ alta celoꝝ te recipis
Quõ nõ p his om̃ibꝫ omnia oſſa mea di/
cent. Dñe q̃s ſil'is tui? Hec ℞ ſimiliaq₃ pu
to in dilecto intuentẽ ſponſam aduertiſſe.
cũ diceret. Ecce tu pulcer es dilecte mi et
decorus. Neq₃ hec ſola: ſ₃ inſup aliq̃d p/
culdubio õ nature decore ſupioris quod
noſtꝝ om̃ino p̃teruolat intuitũ et effugit
expimentũ. Ergo iteratio: vtriuſq₃ deco/
rem ſubſtãtie deſignauit. Audi deinde q̃/
modo tripudiat ad aſpectũ affatũq₃ dile/
cti. ⁊ corã ipo nuptiali carmine q̃ amoris
ſunt gratulabũda decãtat. Sequiť enim
lectul⁹ noſter florid⁹: tigna domoꝝ nr̃arũ
cedrina: laquearia cypreſſina. Sed ſerue
mus recẽtiori p̃ncipio ſpõſe cantilenã. vt
⁊ nos de quiete facti alacriores: liberi⁹ ex
ultemus ⁊ letemur in ea ad laudẽ ⁊ gl'iam
ſpõſi ipi⁹ ieſu xp̃i dñi noſtri q̃ eſt ſup om
nia deus benedictus in ſecula. Amen.

¶ Sermo. xlvi.

Ectulus noſter R
florid⁹: tigna domoꝝ nr̃aꝝ cedri
na. laquearia nr̃a cyp̃ſſina. Epy
talamiũ canit: cubile ⁊ thalamos pulcro
ſermone deſcribẽs. Spõ ſum inuitat ad
requiẽ. Hoc eñi meli⁹: quieſcere ⁊ cũ xp̃o
eſſe. Neceſſariũ aũt exire ad lucra ppť ſal/
uandos. Uelꝫ nunc oportunitate (vt pu/
tat) inuenta. ornatũ nũciat thalamũ. lectu
lumq₃ velut digito monſtrãs: dilectũ (vt
dixi) inuitat ad requiẽ: ⁊ cũ eũtibꝫ ĩ emauſ
cordis ardorẽ nõ ſuſtinẽs: ad mẽtis ptra
hit hoſpitiũ: ſecũ pnoctare cõpellit: ⁊ cũ
petro loquiť. dñe bonũ eſt nos hic eẽ. Jã
q̃d ſpũaliter iſta ꝯtineãt requiram⁹. Et ĩ
eccl'ia q̃dẽ lectũ in q̃ quieſciť: clauſtra exi/
ſtimo eſſe ⁊ monaſteria in q̃bꝫ quiete a cu
ris viuiť ſeculi: ⁊ ſollicitudinibꝫ vite. At/
q₃ is lectus florid⁹ demõſtrať. cũ exẽplis
⁊ inſtitutis patꝝ tãq₃ q̃buſdã bñ olẽtibꝫ
reſperſa floribꝫ fratꝝ ꝯuerſatio ⁊ vita reful
get. Porro domos populares: ꝯuẽtus in
tellige xp̃ianorũ: q̃s hi qui in ſublimitate
poſiti ſunt xp̃iani vtiq₃ vtriuſq₃ ordinis
p̃ncipes q̃ſi tigna parietes: iuſtis impoſi
tis legibꝫ fortiť ſtringũt: ne ſua q̃ſq₃ lege
vel volũtate viuẽtes: tãq₃ parietes inclina
ti ⁊ macerie depulſe diſſideãt a ſemetipis
⁊ ſic om̃is ſtructura edificij corruẽs diſſi
petur. Laq̃aria ꝟo que a tignis firmiť pẽ
dent: ⁊ domos inſigniť ornãt: puto bene
inſtituti cleri manſuetos ⁊ diſciplinatos



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-317/0145
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt